

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

XIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

catō: habuisse nos jam præterita die Nativitatis filii DEI, cœnam tam frequentem, qualis non fuit (ut constanter ex Dominis & aliis viris bonis audi vi) à tempore prædicati Evangelii. In qua & ego ago gratias Domino meo. Publicè enim & fortiter resisto Zwinglio, & multos per DEI gratiam ad cœnam invito, qui toto vitæ tempore, aut annis 10. 20. 30. nunquam comunicarunt. Dominica ultima Decembbris, quæ fuit 29. ejusdem, indicavi Ecclesiæ meæ, nos in proclamandis & benedicendis nuptiis, nec non in annotandis infantibus baptizatis, cum, qui apud vos est, secururos ordinem. Et ad annum futurum conciones funebres, in choro summi templi inchoaturos. Dominus piis his conatibus clementer adsit & ministerium meum & vestrum ad gloriam nominis sui gubernet.

Inscriptio:

Reverendo viro, eruditione, pietate & virtutibus prestanti,
Domino Joanni Lenglino, Ecclesia Christi apud Wilhelmitas in
inlyta Argentinā Pastori fideli. Domino & compatri suo ho-
norando.

XIII.

S. In Domino, nec non fœlix auspiciū hujus anni tibi & tuīs, clarissime D. Doctor, amicē observande, ex animo precor. Scripsi superioribus mensibus ad te, nec non ad D. Lenglinum & etiam Erythræum, propter testimoniales literas de legitima nativitate trium liberorum. Nescio an eas acceperis, & quid per vos apud Inclytum Senatum vestrū effectum sit. Vos tamen omnes & singulos reverenter oro, ut hac in parte mihi gratificari non detrectatis.

Deinde, quia nosti, quas turbas moveat Elector in causa Sacramentaria, expectant optimi quique responsum Ecclesiæ vestræ, maximè cum per vos Ecclesia Heidelbergensis, nec non aliae illi conjunctæ, sint instauratae. Et planè mihi persuasi, vos huic fanatico errori constanter opposituros sinceram confessionem. Gallus Ratisponensis scripsit contra Epistolam Philippi: ejus exemplar ad te (quod heic primum accepi) mitto. Satius tamen esset Synodaliter hoc fieri. Et certe sicut ἀπεργούσια πόλεις φίλας semper διέλθοντε: sic eadem turbabit, imò vastabit Ecclesiæ nostræ. Nulla amplius est communicatio inter præci puos Germaniæ Theologos: quod malum certè deplorandum. Bene & feliciter cñm honestissima conjugé tua & liberis, quos nostro nomine reverenter salutabis, vale. Optimum & clarissimum virum D. Joannem Sturmum, Re-
storem, meo nomine officiosè saluta. Et scribe, quomodo vobis cum vestro

Zan-

A. 1561.

P A R S T E R T I A.

123

Zanchio conveniat Qui & ipse latens venenum circumfert, evomiturus illud,
prima occasione oblata. Ulmæ, 3. Januarii Anno 1561.

Tuam humanitatem reverenter colens

Rabus, D.

XIV.

Mein freundlich dienst / mit wünschung der Ewigen und beständigen Gnaden Got-
tes zuvor / lieber Doctor Marbach / besunderer lieber Herr und freund. Ewer iüngst
mir gethon schreiben mit meinem botten / hab ich empfangen und verlesen / darinn Ewer
und anderer frummen Leut Christlichs mittheilen unserer Kirchen halben tragend sun-
ders und ganz gern vernommen. Der Almächtig woll Gnade verleihhen / und alles
übel von uns mit allen gnaden abwenden. **H**eut freyeas dato ziehen mir von Heydel-
berg auf nacher Neuwenberg ; der gütig Gott wolle uns mit seynen Gnaden leiten / re-
gieren und führen / dadurch sein Ewigs wort gefürdert / und einhellige Christliche fried-
liche Einigkeit Gottes Kirchen erhalten werden mögen. Schick Euch hemic ein tra-
ctälein in des Canglers und meinem Nahmen / zu einem guten Neuen und seligen
Jahr / wollet lehren / und Herr Heinrichen und andern vertrauten auch mittheilen / wo
sie es zuvor nit gelesen. Zubesorgen / es werde darbiit bleiben / und wünscht Euch
der Cangler alles gute / und wollen bynd mit Gottes hülff was uns möglich / zu befür-
derung Götlichs Einigen worts nach unsern höchsten fleiß an uns niches erwinden las-
sen. Bitt Euch / meinen Sun und Praeceptor wohl lassen besolhen sein. Herr Henrich von
Mühlheim / Flindern und alle ewere Mit Kirchendiener wollet mir freundlich grüssen /
und Euch der Gnaden Gottes mit allen geliebten gereichlich besolhen / und bin Euch sun-
ders zu dienen geneigt. Datum den 9. Januarii, Anno 1561. [Wid. p. 2. fol. 8 Jan.]

Erasmus von Veningen/
zu Kungspach.

XV.

Salute in Christo, Reverende Vir & amice observande. Cum quidam ex
civibus nostris mihi significasset, se ad vos profecturum, licet nihil occur-
bat, quod judicarem dignum esse scriptio[n]e; quia tamen conjunctionem pro-
pter commune ministerium studeo inter nos quibusunque, si non officiis, sal-
tem significationibus benevolentiae fovere ac conservare, volui hasce literas
licet inelaboratas & rudes exarare, ut præberem tibi occasionem rescribendi
per hunc certum hominem, qui ad nos redditurus est. Ante aliquot menses per

Q. 2

Schola-